Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliae et sermones de tempore - Cod. Aug. perg. 15

[S.l.], [9. Jh.]

Sanctus Leo papa: sermones de ieiunio quarti mensis

urn:nbn:de:bsz:31-20220

Visual Library

gloriae suae luminis sui nitore fulgere.
et in templo suo. nec tenebrosum aliquid
vult esse nec tepidum; de qua ope
atque doctrinae. etiam ieiuniorum nob
atque elimosinarum est collecta
purgatio; Nam cum hunc venerabilem
diem sequatur saluberrimae obser
vantiae consuetudo. quae utilissimam
sibi omnes sancti semper senserunt. et eam
quam sedulo celebrandam. pastorali
vos sollicitudine cohortamur; ut si
quid in saecularium proximis diebus
neglegentiae incauta contraxit!
Id et ieiunii censura castiget. et de
votio pietatis emendet; quarta
igitur et sexta sabbati ieiunemus.
sabbato autem consueta devo
tione vigiliter celebremus. per xpm adiuvante dno nro ihu xpo

Item sermo sci Leonis pape de ieiunio quarti mensis

Plenissime quidem nob dilectissimi
causam atque rationem sollemnitatis
hodiernae divinorum eloquiorum
textus ostendit quod spm scm quinqua
gesimo post dni resurrectionem die.
qui ab ascensione eius est decimus infu
sum xpi discipulis. sicut promissus
sperabatur agnovimus; sed et de
novos ecclesiae filios instruendos.
Addendum est etiam nostri sermonis obsequium.
Non enim timemus ne spiritales eru
diti nota fastidiant; Ad quorum fructum
pertinet. ut quam plurimis insinuari velint
quod ipsi cum magna sui utilitate didicerunt.
Fiat ergo per corda omnium dispensatio
munerum divinorum. et servitutem oris nri.
docti indoctique non spernant; Illi ut probent
se amare quod norunt. isti ut ostendant
se desiderare quod nesciunt; huic enim
praeparationi vestrae aderit ipsius largitas
de cuius loqui magestate temptamus.
ut et capaces faciat totius ecclesiae suae. et vos
capaces. et nos faciat abundantes; cum
igitur ad intellegendam dignitatem spiritus sancti
oculos mentis intendimus; nihil diver
sum ab excellentia patris et filii cogita
mus. quia in nullo ab unitate sua discrepat
divinae trinitatis essentia; Sempi
ternum est patri coaeternum sibi filium esse
genitorem. Sempiternum est filio intem
poraliter a patre esse progenitum. Sempi
ternum quoque spiritui sancto spiritum esse patris
et filii. ut numquam sine filio pater. num
quam pater et filius fuerint sine spiritu sancto. et om
nibus existentiae gradibus exclusis;
Nulla ibi persona est anterior. nulla pos
terior; huius enim beatae trinitatis in
commutabilis deitas. unita est
in substantia. indivisa in opere.
concors in voluntate! par in omni
potentia. aequalis in gloria; De qua
cum sancta scriptura sic loquitur. ut aut in

fasis aut in uerbis aliquid adsignetur
quod singulis uideatur conuenire
personis, non perturbatur fides catholica.
sed docetur; ut per proprietatem aut uocis
aut operis. insinuetur nobis ueritas
trinitatis. et non diuidat intel
lectus. quod distinguit auditus;
Ob hoc enim quaedam siue sub patris. si
ue sub filii. siue sub sancti spiritus appellatione
promunt. ut confessio fidelium.
in trinitate non erret; Quae cum sit
inseperabilis. numquam intellegeretur
esse trinitas. si semper inseperabiliter
diceretur; Bene ergo ipsa difficul
tas loquendi. cor nostrum ad intellegen
tiam trahit. et per infirmitatem nostram
caelestis doctrina nos adiuuat; ut
quia in deitate patris et filii et spiritus
sancti. nec singularitas est. nec diuersi
tas cogitanda. uera unitas. et uera tri
nitas. possit quidem simul aliquate
nus mente sentiri sentiri sed non pos
sit simul ore proferri; Fundata igitur di
lectissimi haec fide in cordibus uestris
qua salubriter credimus. quod tota
simul trinitas una uirtus est. una
maiestas. una substantia. indiuise
ta operatio. inseparabilis dilecti
one. indifferens potestate; simul
implens omnia simul continens uni
uersa; quod enim est pater. hoc est et filius.
hoc est et spiritus sanctus. et uera deitas. in nullo
sese aut maior aut minor est.
quae sic in tribus est confitenda perso
nis. ut et solitudinem non recipiat
trinitas. et unitatem seruet aequali
tas; hanc inquam fidem firmiter
adprehensam non ambigamus. quod cum in die
pentecostes discipulos domini spiritus sanctus re
pleuit. non fuit inchoatio huius
muneris. sed adiectio largitatis.
quoniam et patriarchae et prophetae. et sa
cerdotes. omnesque sancti qui prioribus
fuere temporibus. eiusdem spiritus sancti
ficatione uegetati; et sine hac gratia.
nulla umquam instituta sacramenta.
nulla sunt celebrata misteria. ut
eadem semper fuerit uirtus cari
smatum. quamuis non eadem fuerit
mensura donorum; Ipsi quoque
beati apostoli. ante passionem domini
sancto spiritu non carebant. nec potentia
huius uirtutis aberat ab operibus
saluatoris; et cum discipulis daret
infirmitatum curationem. et ei
ciendorum demonum potestatem.
eius utique spiritus largiebat effectus.
In quo ipsum immundis spiritibus
imperantem. iudeorum negabat
impietas. et diuina beneficia di
abolo deputabat; unde talis et blas
phemantes. merito illa domini secs per

sententiam qua ait; omne peccatum
& blasphemia remittetur hominibus ·
spr̄ autem blasphemię non remittetur
hominibus; & quicumque dixerit
uerbum contra filium hominis re
mittetur ei; qui autem dixerit con
tra spm̄ scm̄ · non remittetur ei neq;
in hoc seculo neque in futuro;
Unde manifestum est peccatorum re
missionem · sine sci spr̄ aduocatione
non fieri; nec quemquam sine illo sicut
expedit ingemiscere · aut sicut opor
tet · oportet orare dicente apostolo ·
quid enim oremus sicut oportet nesci
mus · sed ipse sps postulat pro nobis ge
mitibus inenarrabilibus; & nemo po
test dicere dnm̄ ihm̄ nisi in spu sco; quo
uacuari nimis periculosum est · nimisq;
mortiferum · quia nunquam ueniam
meretur · qui ab intercessore deseri
tur; Omnes ergo dilectissimi qui
in dnm̄ ihm̄ crediderant · infusum
sibi habebant spm̄ scm̄ · & remitten
dorum peccatorum & tunc apostoli
acceperant potestatem; cum post
resurrectionem suam dns insuffla
uit · & dixit; accipite spm̄ scm̄ quo
rum remiseritis peccata remittunt
eis · & quorum detinueritis deten
ta erunt; Sed illi perfectionis
erat discipulis conferenda maior

gratia & abundantior inspiratio ser
uabatur · per quam & quae nondum ac
ceperant sumerent · & excellentius
possent habere quae sumpserant;
propter quod dns dicebat; adhuc
multa habeo uobis dicere sed non
potestis illa portare modo · cum autem
uenerit ille sps ueritatis · ille uos do
cebit omnem ueritatem; non enim
loquetur a semet ipso · sed quaecumque au
dierit loquetur · & futura annuntia
bit uob; ille me clarificabit quia de meo
accipiet & annuntiabit uobis; quid er
go est quod dns promittens discipulis
spm̄ scm̄ · qui iam dixerat · omnia
quae audiui a patre meo nota feci
uobis · adhuc inquit multa habeo uob
dicere sed non potestis portare
modo; cum autem uenerit ille sps ueritatis ·
ille uos docebit omnem ueritatem;
Numquid se dns inferioris scientię
uolebat intellegi · aut minus aliquid
quam spm̄ scm̄ a patre didicisse · cum
ipse sit ueritas · & nihil pater deesset ·
nihil sps possit docere sine uerbo · ideo
quod sit dictu de meo accipiet · quia quod ac
cepit sps patre dante · dat & filius; non ita
quod alia erat insinuanda ueritas · nec alia
praedicanda doctrina · sed oportebat capa
citatem eorum qui docebantur au
geri · & multiplicari constantiā

illus caritatis. que omnem formidinem
foras mittet. & furorem persequentium
non timet; quod utique
apostoli post ea quam noua sci sps abun
danti ea sunt repleti. ardentius uelle.
& efficatius posse coeperunt. profici
entes a preceptorum scientia ad tole
rantiam passionum. ut sub nulla iam
tempestate trepidantes. fluctus seculi
& elationis mundi. fide supergrediente
calcarent. & morte contempta.
omnibus gentibus euangelium ueri
tatis inferrent; quod uero addidit
dns dicens: quecumq; audierit loquetur.
& futura annuntiabit uobis. non seg
ni intellectu dilectissimi. nec transi
torio accipiamus auditu; Praeter
alias enim ueritatis loquutiones
quibus manicheorum confutat impi
etas. hac apertissime sententia. to
tum sacrilegę falsitatis dogma p
strauit; cuius discipuli. ut magnum
quendam atq; sublimem sequi uide
rentur auctorem. In magistro suo
manis eum apparuisse spm crediderunt.
promissum quem a dno paracletum non
prius uenisse. quam hic infelicium de
ceptor oriretur. In quo ita sps dei
manserit. ut non aliud fuerit manes
ipse quam sps. qui per ministerium
corporeę uocis & linguę. discipulos

suos in omnem duceret ueritatem.
& numquam cognita praeteritorum
seculorum secreta referaret; quod
quam falsum. quamque sit uanum.
ipse euangelicę predicationis de
clarat auctoritas; manes igitur
minister falsitatis diabolicę. &
conditor superstitionis obscenę eo
tempore clam mandus innotuit quo
post resurrectionem dni ducentesi
mus & septuagesimus annus impleuit;
Probo imperatore & paulino consulib;
cum octaua iam xpianos deseuiret. persecutio
& innumera martyrum milia. ipsis
sui auctoris probauissent impletum
esse quod dns promiserat dicens;
cum autem tradent uos. nolite cogi
tare quomodo aut quid loquamini.
dabitur enim uobis in illa hora quid
loquamini; non enim uos estis qui lo
quimini. sed sps patris uestri qui lo
quitur in uobis; non ergo potuit
promissio dni per tot aetatum inter
ualla differri. nec ille sps uerita
tis quem mundus non accepit im at nullus
piorum. ita sępti formen illum dono
rum suorum continuit largitate.
ut tot ecclesię generationes. sa
pientia & intellectu consilio &
fortitudine. scientia & pietate.
atque ipso dei timore fraudaret. Donec

prodigiosus turpium mendaciorũ
signifer nasceretur. cui nec hoc qui
dem tribui potest. quod uel exiguã
diuinę inspirationis acceperit portio
nem; quoniam et hic de illa mundi extat
parte quę non potest spiritum ueritatis
accipere. Repletur enim spiritu diabo
li spiritui restitit xpi. et cum sancti spiritus hoc
paracliti doctrinę contulerit ut fu
tura predicerent. hic ne falsitatis rei.
ipse rerum processus argueret sacri
legarum inprudentiã fabularum.
In presbyteres retorsit aetheris. et qua
si nihil nos de sempiternitate creatoris.
nihil de ordine creaturę. in uniuer
sum bone lecte et prophetia diuinitus
inspiratae docuisset. in contumeliam
dī. et in omnium bene conditarũ
iniuriã naturarum. conpugnan
tia mendaciorum monstra contex
uit; quibus tandem fucos insinua
turus inscianis. nisi multum
insipientibus. et nimium a lumine
ueritatis auersis. qui siue pro igno
rantię caecitatem. siue pro turpitu
dinis appetitum. ad illa non sacra sed
exsecranda peruenerunt. quę propter
communem uerecundiã non sunt
nostro sermone promenda. cum iam a
bundantissime ipsorũ sint confes
sione patefacta; Nulli ergo uestrum

dilectissimi suadeatur. quod tante im
pietatis auctorem sanctus spiritus aliqua ex par
te dignatus sit; Nihil cum isto prorsus
de illa uirtute peruenit. quam ecclesię
suae xps et promisit et misit.
Dicente enim beato apostolo iohanne.
nondum enim erat spiritus datus. quia ihs
nondum erat clarificatus. Domini ascen
sio dandi spiritus fuit ratio; quę ille necesse
est ut negetur datum. quia consessum
paternę dexterę uerbi in xpo hominem
negat esse perfectũ; Nos autem dilectissimi
ad beatam aeternitatem. et animę
et carnis. per regenerationem sancti spiritus adop
tati. sacratissimum diei istius festũ
rationabili obsequio. et casta laetitia
celebremus; confitentes cum beato pau
lo apostolo quod dominus ihs ascendens in
altum captiuam duxit captiuitatem.
dedit dona hominibus; ut euangeliũ
dī per omne humanę uocis eloquiũ
praedicaretur. et omnis lingua confiteatur.
quoniam dominus ihs xps in gloria est dī patris.
ad presentem autem sollemnitatem
dilectissimi. etiam illa nobis est adi
cienda deuotio. ut ieiunium
quod ex apostolica traditione
sub sequitur celebremus; quia
et hoc inter magna sancti spiritus do
na numerandum est. quod aduer
sum concupiscentias carnis et insidi

ac diaboli. ieiuniorum nobis conlata
presidia. quibus omnes temptationes
deo adiuuante uincamus; Quarta igitur &
sexta feria ieiunemus. Sabbato autem
apud beatum petrum apostolum ui
gilias celebremus; patrocinante
eodem orationibus nostris. ut in omnibus
misericordiam dei obtinere mereamur.
per christum dominum nostrum;

Item eiusdem cuius supra

In die pentecosten.

Hodiernam dilectissimi festiuitatem
toto terrarum orbe uenerabilem.
ille sancti spiritus consecrauit aduentus.
quo post resurrectionem domini quinqua
gesimo die. in apostolos populumque
credentium. sicut sperabatur influx
it; Sperabatur autem. quia illum dominus
ihesus spoponderat esse futurum. non ut
tunc primum sanctorum esse habitator
inciperet. sed ut sacrata sibi pecto
ra. & feruentius accenderet. & co
piosius inundaret; cumulans dona
donec non inchoans. nec ideo nouus
opere quia ditior largitate;
Numquam enim omnipotentia
patris & filii. sancti spiritus est diuersa
maiestas. & quicquid in dispositi
one omnium rerum agit diui
na moderatio. ex totius uenit
prouidentia trinitatis; una est ibi
benignitas misericordiae.
una est censura iustitiae; Nec
aliquid est in actione diuisum.
ubi nihil est in uoluntate diuer
sum; Quae ergo inluminat pater.
inluminat filius. inluminat spiritus
sanctus. cumque alia sit persona missi
alia mittentis. simul nobis
& unitas manifestatur. & trini
tas; ut essentia habens aequali
tatem. & non recipiens solitudinem;
et eiusdem substantiae. & non eius
dem intellegatur esse personae;
quod ergo salua cooperatione
inseparabilis deitatis. quaedam
pater. quaedam filius quaedam
proprie spiritus sanctus exsequitur. nostrae
redemptionis dispositio. nostrae salu
tis est ratio; Si enim homo ad
imaginem & similitudinem dei
factus. in suae naturae honore
mansisset. nec diabolica frau
de deceptus. a lege sibi posita
per concupiscentiam deuiasset.
creator mundi creatura non fi
eret; Neque aut sempiternus
temporalitatem subiret.
Aut aequalis deo patri filius dei
formam serui & similitudinem
carnis peccati assumeret.
Sed quia inuidia diaboli

mors introiuit in orbem terrarū.
& aliter solui captiuitas humana
non potuit. nisi causam nr̄am ille
susciperet. qui sine maiestatis suę
dāmno & uerus homo fieret. & so
lus peccati contagium non habe
ret. dunsit sibi opus nr̄ę repara
tionis. misericordia trinitatis;
ut pat̄ ꝓpitiaretur. filius propi
tiaret. spiritus ignir
ret; opor
tebat enim ut etiam saluandi ali
quid pro se agerent. & conuersis
ad redemptorem cordibus ab ini
mici dominatione discederent;
Quoniam sicut apostolus ait misit ds̄ spm̄
filii sui in corda nr̄a. clamantem
abba pat̄; ubi autē sps dn̄i ibi libertas.
& nemo potest dicere dn̄m ihm̄
nisi in spū sc̄o. Si igitur duce gratia
dilectissimi. fidelit̄ sapienter
que noscamus quid patris. quid filio.
quid spū sc̄o in reparatione nr̄a
proprium. quidue commune sit.
ea quę p nobis humilit̄ & corpora
lit̄ gesta sunt. ita procul dubio
suscipiemus. ut nihil indignū
de una atque eadem trinita
tis gloria sentiamus; Quam
uis enim nulla mens ad cogi
tandum de dō. nulla ad loquen
dum lingua sufficiat;

tamen quantum cumq; illud est.
quod humano intellectu de essentia
paternę deitatis adtingitur
nisi unum atque idem est cum
uel de unigenito eius uel de sc̄o
spū cogitatur. non pie sapitur.
sed nimis carnaliter caligatur; &
ipsum quod de patre congruent̄
sentiri uidebatur amittitur;
quia de tota trinitate receditur si in
ea unitas non tenetur. nulla autē
ratione uere ē unum. quod aliqua
inequitate diuersum.
Cum ergo ad confitendum patrem
& filium & spm̄ sc̄m aciem mentis
intendimus. procul ab animo forma
uisibilium rerum. & aetates tempo
ralium naturarum. procul corpora
locorum & loca corporū repellamus;
Discedat a corde. quod spatio exten
ditur. quod fine concluditur. &
quicquid nec semper ubique nec to
tum est. cogitatio de trinitatis dei
tate concepta nihil p distantiam
intellegat. nihil per gradus quęrat;
Ac si quid de dō dignū senserit.
Nullo hoc ibi audeat negare prone
Tamquam honorificentius patri
adscribat quod filio spūi que non ē
tribuat. non est pietas unigenito
preferre genitorem;

Filii contumelia patris iniuria est.
quod uni dimittitur utrique detrahi
tur. neque enim illis et sempiternitas
sit communis et deitas. nec omnipotens pater
nec incommutabilis estimatur, si aut
minorem se genuit, aut quem non
habuit habendo profecit. Dicit qui
dem discipulis suis dominus Iesus, sicut euan
gelica lectione recitatum est: Si di
ligeretis me, gauderetis quia uado ad
ad patrem, quia pater maior me est.
sed hoc ille aures quae saepius audierunt:
Ego et pater unum sumus. et qui me ui
dit uidit et patrem, sine differentia dei
tatis accipiunt, nec de illa ea hoc essentia
intellegunt quam sempiternam
cum patre et eiusdem naturae esse
nouerunt. commendatur ergo apos
tolis in incarnatione uerbi huma
na prouectio et qui de nuntiato sibi
deum turbabantur abscessu, ad aeter
na gaudia honoris sui incitentur
augmento. Si diligeretis me inquid gaude
retis quia uado ad patrem. hoc est si per
fecte scientia uideretis quid uobis
gloriae confertur per hoc quod ex deo
patre genitus etiam ex homine
matre sum natus. quod dominus aeterno
rum unus uolui esse mortalium,
quod uisibilem me inuisibilis praebui,
quod forma serui in forma dei sem
piternus accepi, gauderetis quia uado
ad patrem; uobis enim haec praestat
ascensio, et super omnes caelos ad
patris dexteram conlocanda uestra
in me humilitas eleuatur; ego autem
qui hoc sum cum patre quod pater est,
Indiuiduus cum genitore permaneo;
et sic ab eo ad uos ueniens non recedo,
quemammodum et uos redad illum re
diens non relinquo; gaudete ergo
quia uado ad patrem quia pater ma
ior me est; uniui enim uos mihi et
factus sum filius hominis ut uos filii
dei esse possetis. unde licet unus in
utroque sim, tamen quo uobis
conformor, patre sum minor;
quo autem a patre non diuidor,
etiam ipso me maior sum natura.
itaque quem maior est patre uadat
ad patrem et ibi sit caro ubi semper
est uerbum; et una ecclesiae catho
licae fides, quem secundum humani
tatem non diffitetur minorem, secundum
deitatem credat aequalem; con
temnatur igitur dilectissimi
hereticae impietatis uana caeca
uersutia, quae sibi huius sententiae
sensu interpretatione blandit.
Ad dicente domino: omnia quae habet
pater mea sunt, non intellegit.

se patri demere quicquid aud& filio
denegare & ita illis que humana
sunt desipit. ut put& q(uo)d ideo unige
nito paterna defuerint quia n(ost)ra
suscepit non minuit in d(e)o misericor
dia potestatem. nec dilecte reconci
liatio creature. sempiterne defec
tus est glorie que hab& pater hab&
filius. & que hab& pater & filius
hab& & sp(iritu)s s(an)c(tu)s. quia tota trinitas
d(eu)s unus est; hanc autem fidem non tre
na sapientia repperit nec opinio
humana p(er)suasit. sed ipse
unigenitus docuit. ipse sp(iritu)s s(an)c(tu)s insti
tuit. de quo nihil est aliter quam de
patre & filio sentiendum; quia lic&
non sit pater. non sit filius. n(on) tame(n)
a patre & filio que divisus & sicut pro
priam hab& in trinitate p(er)sona(m).
ita unam hab& in patris & filii dei
tate substantia(m) omnia implente(m).
omnia continentem. & cum patre
& filio universa moderantem;

ITEM SERMO CUIUS SUPRA

Hodiernam dilectissimi festivi
tatem descensione s(an)c(t)i sp(iritu)s consecra
tam. sequitur ut nostris sollemne
ieiunium. quod animis corpori
busq(ue) curandis salubriter insti
tutum. devota nob(is) est observantia
celebrandum. Repl&is namque apos
tolis virtute promissa. & in corda
eorum sp(irit)u sp(irit)u veritatis ingresso. n(on)
ambigimus inter cetera caelestis sa
cramenta doctrine. hanc spiritalis
continentiae disciplinam. de para
cl(i)ti magisterio primitus fuisse con
ceptam. ut s(an)c(t)ificato ieiunio mentes
conferendis sibi charismatibus
fierent aptiores. Aderat quide(m)
xp(ist)i discipulis protectio omni
potentis auxilii. & principibus
nascentis ecclesie tota patris filiiq(ue)
que divinitas. in presentia s(an)c(t)i sp(iritu)s
p(re)sidebat. sed contra instantes
imp&us persequentium. contra
minaces fremitus impiorum.
non corporis fortitudine. nec car
nis erat saturitate certandum.
cum hoc maxime hominis interiora
corrumpat. quo exteriora delectat.
& tanto fiat rationalis anima
purgatior. quanto fuerit
substantia carnis afflictior; hi
itaq(ue) doctores. qui exemplis &
traditionibus suis omnes ecclesie
filios imbuerunt. tirocinia militie
xp(ist)ianae s(an)c(t)is ieiuniis inchoarunt.
ut contra spiritales nequitias
bellaturi. abstinentiae arma cape
rent. quibus vitiorum incentiva

tunc carent; Inuisibiles enim aduersarii
& incorporales. hostes non erunt
contra nos ualidi. si nullis carnalibus
desideriis fuerimus Inmersi; cupiditas
quidem nocendi In temtatore
perpetua est. sed inermis atque In
efficax erat. si nihil in nobis unde con
tra nos pugn& Inuenerit; quis autem
hac fragili carne circumdatus. &
In isto mortis corpore constitutus.
&iam qui multum ualdeque profe
cerit. ita iam de sua pfectione securus
sit ut ab omnium se In^le^celebrarum peri
culo credat alienum; donec lic& scis
suis cottidie nẽẽ gratia diuinę uicto
riam. non auferit tamen materiam
dimicandi; quia & hoc ipsum de miseri
cordia ptegentis est. quin natura
mutabili. ne de confecto prelio sup
bir&. semp uoluit superare quod uin
cer&; igitur post scę lętitię dies quos
In honorem dni a mortuis resurgen
tis. hac deinde in celos ascendentis
& egimus. postque pceptum sci spi
donum. salubriter & necessarie
consuetudo est ordinata ieiunii.
ut si quid forte Inter ipsa festiuita
tum gaudia neglegens libertas &
licentia immoderata presumsit. hoc
religiosę abstinentię censura casti
g&; quę ab hoc quoque studiosius

& sequenda est. ut illa in nobis
quę hac die ecclesię diuinitus sunt
conlata ptineat; Templum enim
facti sps sci. & maiore quam um
quam unquam copia diuini flu
minis inrigati. nullis debemus
concupiscentiis uinci. nullis ui
tiis possideri. ut uirtutis habita
culum. nulla sit contaminatione
pollutum; quod utiq; regente
atque adiuuante dño. omnibus
obtinere possibile ẽ. si p ieiunii
purificationẽ. ac p misericordię
largitatem. studeamus. & pecca
torum sordibus liberari. & caritatis
fructibus esse fecundi; quicquid
enim In cibos pauperum In cura
tiones debilium. In pr&cia capti
uorum. & In quęlib& opera pi&a
tis Inpenditur. non minuitur.
sed aug&ur. nec umquam apud
dm perire poterit. quod fidelis
benigniter erogarit. dum
quod cuique tribuit. id sibi recon
dit ad premium; Beati enim
misericordes. qnm ipsorum mi
serebitur ds. nec delictorum
memoria erit. ubi testimonium
pi&atis adfuerit; quarta igit
& sexta feria ieiunemus
Sabbato autem uigilias

apud beatissimum petrum aposto
lum celebremus. cuius nos orationibus
et a spiritalibus inimicis. et a cor
poreis hostibus confidimus libera
ri. per christum dominum nostrum;

ITEM SERMO CUIUS SUPRA.

Sanctarum sollemnitatum di
lectissimi. ordine celebrato. et
spiritalis laetitiae devotione con
pleta. oportet nos ad salubritatem
recurrere pro excitatis remedium
quod ieiunii. et exercendis mentibus.
et castigandis adhibere corpori
bus. ut quia satis nos de hoc et divi
na monitis. et propria experimen
ta docuerunt; primum pro sa
cratissimorum dierum decursu
divinae pietati gratias referamus.
tum sicut continentiae dilicias ap
petentes; aliquantulum nobis de te
renorum ciborum abundantia
subtrahamus. ita ut proficiat elemo
synis quod non inpenditur mensis;
tunc enim demum ad animae
curationem proficit medicina
ieiunii. cum abstinentia ieiunan
tis esuriem reficit indigentis;
quia ergo scimus apud misericordem
deum ieiuniis praecellere elymosinae
largitatem. dicente ipso. date ely
mosinam et omnia munda sunt vobis.

sed animas nostras peccatorum curemus sor
dibus emundari. elemosynam pauperibus
non negemus. ut in die retributionis.
ad promerendam domini misericordiam.
misericordiae operibus adiuvemur;

ITEM SERMO CUIUS SUPRA

Inter omnia dilectissimi aposto
licae instituta doctrinae quae et divinae
eruditionis fonte manarunt. dubium
non est influente in ecclesiae principes per
spiritum sanctum. hanc primum ab eis observan
tiam fuisse conceptam. ut sancta obser
vatione ieiunii omnium virtutum
regulas inchoarent. quia multum
ad praecepta dei exsequenda proderat.
si christiana militia contra omnia in
centiva vitiorum. continentiae se
sanctificatione muniret; Cum enim
per inlecebram cibi inrepserit prima
causa peccati. quo salubriore dei mu
nere utitur. redempta libertas. quam
ut noverit abstinere concessis. quae
frenare nesciverit ante vetitis; omnis
quidem creatura dei bona est et nihil
abiciendum. quod cum gratiarum
actione percipitur. sed non ad
hoc creati sumus ut feda et inpuden
ti aviditate omnes mundi copias
expetamus. tamquam quod licet sumi. non
liceat praetermitti; laudetur deus
qui hominum usui tam multa donavit;

sed agnoscat rationalis animus. maiores
delicias menti datas esse quam carni. &
cum audit sibi per spiritum sanctum dici. post concupis
centias tuas ne eas. & a uoluntate tua a
uertere. intellegat sibi contra omnia
que sensibus corporis blandiuntur. tempe
rantiae sectandam esse uirtutem per
quam dum exterioris hominis uoluptas
minuitur. sapientia interioris auge
tur. non enim idem cordis uigor est
sub onere cibi qui sub leuitate ieiunii
nec eundem sensum potest satietas
generare quem parcitas. quia cum ca
ro concupiscens aduersus spiritum. spiritus
tali cupiditate superatur. libera
obtin&ur sanitas. & sana libertas.
ut caro mentis iudicio. & mens dei rega
tur auxilio. Ad hanc ergo nos utilitatem
dilectissimi presens tempus inuitat.
ut a resurrectione domini usque ad uentum
spiritus sancti. quinquaginta diebus emen
sis. quos in l&itia precipue festiuita
tis egimus. ad ieiuniorum remedia
recurramus ne forte per occasionem
licentie blandioris. aliquas negle
gentie culpas delectabilium usus
inciderit; terra enim carnis nostrae ni
si assiduis fuerit subacta culturis. cito
de signi otio spinas tribulosque pro
duc&. & partu degeneri dabit fruc
tum. non horreis inferendum. sed ignibus con

cremandum. dicente domino. omnis pla
tatio quam non plantauit pater meus
eradicabitur; custodienda ergo nobis
est omnium germinum seminumque
generositas. quam & summi agrico
le plantatione concepimus. & ui
gili sollicitudine prouidendum. ne di
uina munera aliqua inuidentis inimi
ci fraude uiolent. ut in paradiso
uirtutum. non crescat silua uitiorum;
Ad debellandum autem hoc malum.
nihil est potentius elemosinis atque
ieiuniis. dum & carnales cupiditates
continentia necat. & desideriorum
spiritalium. fructus misericordie
cultura multiplicat; unde caritatem
uestram sollempniter ammonemus.
ut per castigationem corporis.
& opera pi&atis. mundari ab
omnium peccatorum sorde cupi
entes; quarta igitur & sexta feria
ieiunemus sabbato autem apud beatissi
mum p&rum apostolum uigilias
celebremus. cuius nos meritis & o
rationibus ita per omnia credimus
adiuuandos. ut misericordia dei
& ieiuniis nostris adsit deuotis. per christum
dominum nostrum;

ITEM SERMO CUIUS SUPRA

Dubitandum non est dilectissimi.
omnem obseruantiam christianam
eruditionis esse diuine. & quicquid

ab ecclesia in consuetudinem ex devotione
receptum et traditione apostolica et
de sancti spiritus prodire doctrina quae cuncta
quoque in cordibus fidelium suis prae
sidet institutis. ut haec omnes et obo
edientia custodiant et sapienter
intellegant; nec enim qui in die pente
costen quem a pascha domini quinqua
gesimum celebramus promissus adventu
spiritus sancti expectantium mentes ma
iore quam umquam copia et
clariore praesentia suae maiestatis
impleverit; manifestissime patet
inter cetera dei munera ieiuniorum
quoque gratiam tunc fuisse donatam.
quae hodierna festivitate indivi
sa subsequitur; ut sicut fuit con
cupiscentia initium peccatorum.
ita sit continentia origo virtutum;
in exercendo autem hoc dei munere.
non ideo segniores esse debemus.
quia et iudaei et heretici saepe ab
edendi libertate se continent. et a
pud ipsos paganos sunt quaedam
vana ieiunia. aliud dat agit sub veri
tate ratio. aliud sub falsitate decep
tio. apud nos fides sanctificat etiam
manducantem. apud illos infidelitas
polluit etiam ieiunantem; unde quidem extra
ecclesiam catholicam nihil est integrum.
nihil castum dicente apostolo. omne quod
non est ex fide peccatum est. cum exclusis ab
unitate corporis christi, nulla communione
misceamur. quod utique nobis saluber
rimum maximumque ieiunium est; ad virtu
tem enim continentiae nihil prius pertinet.
quam ab erroribus abstinere; quia tunc
demum bene ambulatur. cum per viam veri
tatis inceditur; nec qui angusta et ardua
declinantes per devia et lata gradus fallen
tior praeter rectum quam velocitas festina
praeveniunt; agnoscat ergo catholicus
christianus fructum ieiunii sui. quod etiam
inter maximas licet agitetur sterilissimum
erit. nisi de sancti spiritus irrigatione processerit;
cum enim dicat apostolus. nullas sibi
virtutes sine caritate prodesse. idemque
dicat caritatem diffusam esse in
cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis;
cavendum est ne bonitate quae facere si
ne bonitate non possumus electione per
damus; hic omnis emerito laude dignus
policetur qui de studiis industriae suae.
ipse magis quam in domino gloriatur;
quam beetur david doceat. in se corum
operibus dominum esse laudandum dicens;
mirabilis deus in sanctis suis deus israhel ipse dabit
virtutem plebis suae; et iterum; domine.
in lumine vultus tui ambulabunt.
et in nomine tuo exultabunt tota die.
et in tua iustitia exaltabuntur. quoniam
gloria virtutis eorum

tues. & ideo dilectissimi. secundum erudi
tionem sps sci. per quem ecclesiae dei omnia
uirtutum dona conlata sunt. suscipiamus
alacri fide. sollemne ieiunium. & in man
dectis quae potuerimus efficere. contine
amus ab inflectione iactantiae. addi
gloriae referentes cunctae. qui & bonorum
est inspirator. & uoluntatum e aliorum alacri
ae actionum; dicente dno; sic luceat lumen
urm coram hominibus. ut uideant ope
ra ura bona. & glorificent patrem
urm qui est in caelis. qui uiuit & regnat
cum filio & cum spu sco. in secula seculorum.

ITEM SERMO CUIUS SU (ambr.)
PRA. Item in die pentecosten.

Nos secredo uos frs. quae sit ratio. quod
uenerabilem hanc pentecosten diem.
non minore laetitia celebremus. quam
scm pascha curauimus celebrare. & quod
eadem deuotione. huius sollemnitatis.
obseruantiam decurrimus. sicut illius
obsequia festiuitatis impleuimus; tunc
enim sicut modo fecimus ieiunauimus
sabbato uigilias celebrauimus. oratio
nibus pernoctantes insistimus; unde neces
se e. similis obseruantia similem laeti
am subsequatur. est laetitia
plane consimilis; tunc enim ab infe
ris resurgentem suscepimus salua
torem. modo autem spm scm expecta
mus e caelis; tunc anxii uel sollicita

xpi precabamur aduentum modo tre
pidi uel ieiuni. paracliti desidera
mus aduentum; in omnibus enim ds
saluti prouidit humanae;. tunc enim
ad resurgendum. terrae tartara salua
tor aperuit. modo nobis ad reg
nandum. paraclitus caelestia resera
uit; & quibus dē quasi profectum
gradibus. tunc de morte ad uitam
didicimus remeare. modo autem de ter
ris ad caelos meditamur ascendere;
Haec autem omnia operatur in nobis
xps dns qui priusquam rediret ad
caelos. promisit discipulis suis dicens;
Cum autem ascendero. Rogabo patrem
meum. & mittet uobis alium paracli
tum. qui uobiscum sit in aeternum spm
ueritatis; unde credendum est.
ad patrem peruenisse xpm. cum
uidemus ad apostolos discendis
se paraclitum; credendum in qua
est. sicut ait dauid de saluatore.
In dextera consedere. quia aeter
nu[m] spm scm sicut promisit dns.
in discipulis exultare. ait ergo
propheta dicit psalmus; dixit dns dno
meo sede ad dexteram meam; secundum
consuetudinem nostram. illi consessus
offertur. qui aliquo opere
perfecto. uictor adueniens.
honoris gratia promeretur

ut sedeat; Itaque ergo et homo ihs xps.
passione sua diabolum superans. re
surrectione sua inferna reserans.
tandem quam perfecto opere ad caelos uic
tor ueniens audit a deo patre; sede
ad dexteram meam; Nec mirum si uni
us sedis offertur filio consessus a pa
tre; qui unius est substantiae natu
ra cum patre; Cur autem ad dexteram
filius esse dicatur. moueat aliquem
forte esse; licet enim dignitatis gra
dus non sit. ubi plenitudo diuini
tatis est. tamen ideo ad dexteram
sedet filius. non quo praeferatur
patri. sed ne inferior esse credatur.
et ideo ad dexteram filius. quia se
cundum euangelium ad dexteram
oues. ad sinistram uero constitu
entur haedi; Necesse est ergo pa
trem ouium. primus agnus obtine
at. et securituro immaculato gre
gi locum. dux immaculatus anti
cipet; sicut ait iohannis in apo
calypsi dicens; hi sunt qui se
quuntur agnum dei quocumque
uadit. qui se cum mulieribus non
coinquinauerunt; Refert ergo
propheta dauid; dixit dominus domi
no meo sede ad dexteram meam; hoc
est dominus pater domino deo xpo filio.
thronum suum offert sublimem conses

sum. et honoris gratia ad dexteram sullũ
aeterna sede constituit; Legimus autem
in actibus apostolorum. dicente beato ste
phano cum lapidaretur a iudeis; ecce ui
deo caelos apertos. et stantem dominum ihm
ad dexteram dei; uideamus ergo quae sit
ratio. quod idem dominus a dauid sedens prophe
tatur. stans uero a stephano praedicatur;
Primo omnium deus. qui incorporalis est.
et inuisibilis est enim sps. sicut ait dominus.
deus sps est. sedere aut stare quomodo
potest; Deinde aut quali subsellio sede
at deus. qui infinitus est et inmensus.
contra sed ipse magis creaturarum
cuncta contineat; haec autem propterea
a sciis uiris dicta arbitror esse de domino.
non quo sint contraria sibi. sed ut modo
eius potentia. modo misericordia de
scribatur; Nam utique pro potestate
regis sedere dicitur. pro bonitate in
tercessoris stare suggeritur; Ait enim
beatus apostolus; quia aduocatum
habemus apud patrem ihm dominum;
Iudex ergo est xps cum residet. aduo
catus est cum assurgit; Iudex
plane iudeis est. aduocatus est xpi
anis; hic enim stans apud patrem
xpianorum licet peccantium causas
exorat. ibi residet cum patre. phari
seorum persequentium peccata con
dem nans. uehementer ulciscitur.

his interueniens leniter miser&ur;
hic stat ut suscipiat stephani marty
rys sp̄m. ibi resid& ut condem n& iude
proditoris admissum;

ITEM SERMO CUIUS SUPRA.

Item in die pentecosten.

Non incommode ante dies conplures
sicut r&in&is fr̄s. predicatio nr̄a pro
cessit. in qua dere ypsimus. quod caro dn̄i
rediuiuo ueluti nitore floris.
de tumulo germinarit; quem tumulū
situm in hortulo. euangelistę
testatus est. unde non incongrue
prosecuti sumus; conueniens
enim erat. ut flos precioso
in hortulo gigner&ur & bone frugis
commendatum solo semen.
intra septa domestica. & amoe
na uirentia. ad salutem omnium
pullular&; xp̄i enim resurrectio.
cunctorum est redemptio
populorum; ergo in hortulo
saluator rediuiuum corpus
a sumit. & inter florentes
corbores. & candentia lilia.
carne iam mortuę reflorescit.
& ita germinat de sepulchro.
ut germinantia & nitentia cunc
ta repperiat; sic enim post hiema
lis rigoris frigidę om quodcū modo
sepulturam. pullulare elementa
omnia festinarunt. ut resurgente
dn̄o & ipsa consurgerent; Nam
utique & resurrectione xp̄i. aer
salubrior ē. sol calidior. t̄ra fecundior. & ex eo
surculus uirescit in fruticem. her
ba crescit in segetem. uinea puber
cit in palmitem; Si igitur cum reflo
rescit xp̄i caro. omnia floribus
uestiuntur. necesse est. ut cum ide
fructum affert. & iam uniuersa
fructificent; sicut ait ipse dn̄s. nisi
granum. tritici cadens in t̄ram
mortuum fuerit. ipsum solū man&.
cum aūm mortuum fuerit. multum
fructum affert; Refloruit igit
dn̄s cum resurrexit & tumulo. fructifi
cat cum ascendit ad cęlum; flos ē.
cum de inferioribus terrę gignitur.
fructus est. cum altissima sedere
conditur; granum est. sicut ipse
ait. cum solus crucem patitur;
fructus est. cum plurima apostolo
rum credulitate circumdat;
his enim post resurrectionem
.xl. diebus cum discipulis conuersa
tur. totę illos sapientia maturita
tis edocuit. & eę bonam frugem
eos omni disciplinarum fecundi
tate conuertit; Deinde ascendit
ad cęlū ad patrem. scilic& fructū
carnis p̄ferens. in discipulis iusti

·tas semina derelinquens; Ascendit
ergo ad patrem dominus· meminit sci
tas uestra· quod aquilae illi de psalte
rio· cuius innouatam iuuentutem
legimus· comparauerim saluatorem;
est enim similitudo non parua:
Sicut enim aquila humilia deserit.
alta petit. caelorum uicina con
scendit· ita et saluator humilia
inferni deseruit. paradisi altiora
petiit. caelorum fastigia pene
trauit· et sicut aquila relictis ter
ris sordibus. sublime uolans. puri
oris aeris salubritate perfruitur·
ita et dominus terrenorum faecem dese
rens peccatorum. in sanctis suis uo
litans. purioris uitae simplicita
te laetatur; per omnia igitur
aquilae comparatio conuenit
saluatori; sed quid facimus. quod
aquila praedam frequenter di
ripit. tollit frequenter alienum·
nec in hoc tamen dissimilis est
saluator; praedam enim quodam
modo sustulit. cum hominem
quem suscepit. inferni raptum
faucibus. portauit ad caelum·
et alienae dominationis. id est
diabolicae potestatis seruum· de cap
tiuitate erutum duxit ad celsio
ra captiuum, sicut scriptum est
in propheta· Ascendens in altum, cap
tiuam duxit captiuitatem· dedit dona
hominibus; quae sententia utique sic
intellegitur. eo quod captiuitatem
omnis quem sibi diabolus captiuauerat.
illos erudiendo sibi dominus captiuauerit. et ip
sam sicut ait captiuitatem captam.
ad caelorum alta sustulerit; utraque
igitur captiuitas. uno uocabulo nun
cupatur· sed non aequalis utraque est;
Diaboli enim captiuitas. seruituti subi
cit; Christi autem captiuitas· restituit liber
tati; Ascendens inquit in altum cap
tiuam duxit captiuitatem; quam bene
triumphum domini propheta describit;
solebat sicut dicitur. regum triumphan
tium currus. captiuorum pompa prae
cedere; ecce dominum euntem ad caelos non
praecedit sed comitatur gloriosa capti
uitas; non ante uehiculum ducitur.
sed ipsa euehit saluatorem; quodam
enim misterio. dum filius dei filium homi
nis sustollit ad caelum ipsa captiuitas
portatur et portat·, quod autem ait·
dedit dona hominibus. hoc uictoris
insigne est, post triumphum enim.
uictor semper dona largitur. et proprio
regno residens. seruulorum gaudia
remunerat ;· Sicut Christus dominus uictor di
aboli· cum post triumphum
residens ad dexteram patris· hodi

ernacle discipulis donalargitus est;
Non auri talenta. non argenti
met&alla. sed sps sci caelestia munera.
ut inter cęteras gratias. apostoli lin
guis &iam uariis loquerentur.
hoc est hebreę nationis homo.
xpi gloriam. romanę facundię
eloquentia personar&. & redempti
onem generis humani. peregrinę
aures. qui a iudęę prędicare
lingua non caperent. propria lo
quellę cognoscerent. omnis lingua
in prędicatione xpi resoluitur.
Ut maiestatem eius omnis loquella
fateatur; sicut ait scs dauid. non sunt
loquelę neque sermones quo
rum non audiant uoces eorum; Ne
que miremini autem. quod ad dexte
ram patris residere diximus filium;
ad dexteram enim resid&. non quia
maior patre esse credat. sic heretici
blasphemare consueuerunt; Sic enim di
uinitas. honorificentię gradum ner
cit. ita scriptura sca nouit obuiare
blasphemis; amen. Dom̄. IIII. p pentecosten.

Lec̄ sci euanḡ, sec̄d mattheum; lucam

In illo tempore. dixit ihs discipulis
suis; estote ergo misericordes sicut &
pater uester misericors est; nolite
iudicare. & non iudicabimini.,
nolite condemnare. & non condemna
bimini. & reliqua.

OMELIA LECTIONIS EIUS
DEM UENERABILIS BEDAE PRSBRI; XXXVIII

Hoc loco nobis nihil aliud pre
cipi &istimo. nisi ut ea facta quę
dubium est quo animo fiant. in me
liorem partem interpr&emur;
Quod enim scriptum est. ex fructibus eorum
cognosc&is eos; de manifestis dic
tum est. quę non possunt bono animo
fieri. sicuti sunt stupra. uel blas
phemię. uel furta. uel ebri&ates.
& si qua sunt talia de quibus nob
iudicare permittitur; De gene
re autem ciborum. qui a possunt bono
animo & simplici corde. sine uitio
concupiscentię. quicumque huma
ni cibi indifferenter sumi. prohib&
apostolus iudicare eos. qui car
nibus uescebantur.
& uinum bibebant. ab eis qui se
huiusmodi alimentis temperabant;
Qui manducat inquit. manducantem
non spernat. & qui non manducat. manducantem
non iudic&; Ad hoc pertin&
&iam illud. quod alio loco dicit.,
nolite ante tempus quicquam iudi
care. quo adusque ueni&dns.
& inlumin& abscondita tene
brarum. & manifestabit cogita
tiones cordis; Sunt ergo
quędam facta media quę ignoramus